

Reuerendo in Christo Patri D. Fridericho. Abbati Aegidiano.  
Suo in domino Carissimo fratri

S. Etsi argumentum scribendi nullum habeam. tamen cum nuntium. ut  
mihi videbatur. certum haberem. volui. vel hoc ipsum. quod ~~ut~~ nihil haberem.  
scribere. Cum omnibus meis. bene valeo. principem clementissimum habeo.  
Agnatem meam D. Andream Aurifabro Vratislaviensi. principis medico. principe  
postulante. despondi. Vir est doctus. viduus. 36 annorum. habet 4 filias.  
quarum natu maxima. nondum septennis est. habuit antea. filiam  
Joh. Lufft typographi Vittebergensis. qui paulo ante obitum filiae.  
hic fuit. Nos hic ab omni papistica abominatione adhuc liberissimi sumus.  
Mitto tuae P. epistolam meam. ex qua intelliges. quibus cum monstris  
collucter. sed deo. et principe auxiliante. breui. monstra quaedam con-  
ficiam. Quaeso scribat mihi tua P. per hunc eundem. qui has offert.  
nam ad nos redibit. cuius roster est. Sueuis natione. Si quid no-  
uarum rerum habetis. quaeso communicate. Datum Konigsberg  
Prussiae. 8 Decembris 1549.

Tuae R. P

Comptater A. osiander